

Registro della investitura delle Vizze d'Impobarco e Sacco

In Christi nomine amen: Anno ejusdem nativitatis 1548 Indictione sexta, die vigesima secunda mensis januarij.

Cum perantea per Commune, et homines Universitatum, et Regolarum de Resinico, Serdes, et Cortina, nec non de Claputia, et Costa Sancti Viti supplicatum fuisset Spectabilis Generali Cadubrij, Consilio, ut ijsdem Regulis, et ho minibus predictorum Iocorum concederetur una vizza, sive nemus vizzatum in locis infrascriptis pro edificazione, et costruzione domo rum, et habitationum loco rum, atque villa rum, que in dies accrescunt, et augent, et persone multiplicatur obtentumque fuisset, quod predictis Regulis concederetur aliqua vizza et eligerentus persone non suspecte, nec habentes interesse que tempore congruo se conferrent ad locum ubi Regule ipse capiunt hujusmodi vizzam habere, et omni cum diligentia considerare in quo loco concedendo foret vizza petita, et quanta pro minori damno Universitatis publice, et expost refferre debere prefacto Sp.li Consilio, ut super hac supplicatione matura fieri posset deliberatio.

Ad cujus rei executionem electi fuerunt Joannes Matheus Olivotti de Cibiana et Joannes Blasij de Pozzalles, qui expost Sp.li Consilio retulerunt se contulisse ad locum de in Pobarco, et ad locum Sacco, ac diligenter considerasse in quibus locis dari, et concedi debeant prenominatis Regulis ipsa nemora vizzata pro minori damno, et prejudicio Universitatis Cadubrij.

Deinde, Cum ad instantiam ser Thomas Pordoni, et ser Liberalis de Lotto agentium nomine predictarum Regolarum mandatum fuisset per prefactum Sp.li Consilio suprascriptis ho minibus, ut supra electi, quod se conferrent ad terminandum dictam vizzam in predictis locis de in Pobarco, et de Sacco, juxta eorum relationem. Prout de ijs omnibus constat in actis Cancellerie Communitatis manu mei notary infrascriptis. Hodie in prefacto Sp.li Generali Consilio predicti homines cum juramento ipso rum retulerunt dessignasse, et terminasse supra scripti Regulis, ac Universitatibus villarum predictarum de Resinico, Serdes, et Cortina, nec non Regule de Claputia et Costa vizza rum infrascriptam inter terminos, et confines infrascriptos.

Et primo incipiendo in loco dicto Inson Bauges penes vizzam veterem eundo recte ad Crepam Prati de Solivo et tendit ad summitatem cuiusdam loci nominati Zuove semper eundo per apices, sive ut vulgo dicitur per Cejos Montium ascendendo recte usque ad putetum plani de la Frata, et

ab inde descendendo in rivum de Mascolai veniendo recte usque ad flumen Boitis. Que quidem vizza vocatur la Vizza de Impobarco.

Iter incipiendo apud confines vizze illorum de Beorca terminandos inter Regulam de Beorca predicta et eundo prout positi sunt aquedoctus, sive Boizoli dicti fontis usque ad medium Planum de Costola, et tendit recte ascendendo ad pedem cijusdam loci Castel nuncupati, et intus eundo recte usque ad Costam de Tambres, et eundo recte intus usque ad pedem loci dicti Costalta ascendendo recte post Roibam de Sacco, et eundo sursum a dicta Roiba usque ad pedem saxi, et eundo a pede saxi recte intus usque ad Sanbodel, et a pede saxi post Roibam ad Saxum Magnum (Marcora), et hec vizza vocatur Vizza de Sacco.

Quas quidem vizza, et terminaciones predictarum vizzerum per antedictos homines dessignatas inter termines predictos prefactum Sp.li General Consilium corroborando, et confirmingo laudavit, et approvavit que sint, et esse debeant speciales vizze pro Communibus, Regulis, et Universitatibus dicatorum loco rum de Resinico, Serdes, Cortina, Claputia et Costa, videlicet de lignis Laricis, Picei, Avedini, Firmini et Pini atque de omnibus, et quibuscumque alijs a Dassa pro edificazione, et constructione ecclesiarum, domo rum, et habitationum predica rum villarum, et locorum, salvo semper Jure Sp.li Communitatis, incidenti, et incidendi faciendi lignamina in ipsis vizzis pro reparazione pontium, et publicarum stratarum, et edificiorum prefacte Communitatis, et ita obtentum, atque deliberatum fuit pro omnes balottas, una dumtaxat contraria.

Et ego Vecellius q.m egregi D.ni Ticiani Vecellij de Plebe Cadubrij publicus et imperiali auctoritate notarius, et Cancellarius Sp.liis Communitatis Cadubrij, predicta omnia et singula, mandato, fideliter scripsi, in fidemque premissorum, ac testimonium sigillo prefacte munivi. Laus Deo.

* * *

Die 23° aprilis 1549, in Platea Sancti Viti.

Pro conservazione dicatorum nemorum vizzatorum publice proclamatum fuit de mandato Sp.liis et excellentis legum doctoris D.ni Francisci Quero Tarvisij, degnissimi Vicarij Cadubrij per Trojanum de Sandre preconem Centenarij de Sancto Vito, me notario infrascripto dictante, astanteque magna personarum multitudine quod nulla persona, tam terrigena, quam forensis audear, vel presumat de certero aliquo modo incidere, vel incidendi facere aliqua lignamina intra prenominatos

confines dicatorum nemorum, ut supra vizzatorum, videlicet Laricis, Picei, Pinni et Avedini absque licentia communis Regolarum de Resinico, Serdes, et Cortina, nec non Regule de Claputia, et Costa sub poena soldorum viginti pro quolibet ligno, et perdendi dictum lignum et hoc ad instantiam Maricorum, et Laudatorum dictarum Regularum.

Idem qui supra Vecellius Vecellius mandato scripsit.

Laurentius Ossi Sancti Viti notarius publicus Veneta Auctoritis ac Consilij Cadubrij, fideliter registravit ex pergamena autentica exhibita, et se subscripsit.

Laus Deo.

* * *